



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

CDIV. Bischöfliche Bestätigung für eine Altarstiftung zu Gardelegen, vom  
9. October 1508.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

sed singula per Achim Louwen non retenta et asportata per prouiforens hospitaliis St. Elifabeth sunt recepta et ad illud allata, ita vt de his a testatore uel testamentariis suis ratio exigi non deberet. Causa dominorum Mathie Hasselmann et Mathie Mondag vt non maneat indefensa, debet de bonis testatoris defendi: Sunt etiam he cause pro parte eorum vt sperauit instructe. Item legatis donatis et ordinatis promissis rite distributis si que superfuerint alia et restantia bona, ad illa instituit pauperes Christi, dans atque concedens suis testamentariis executoribus etc. — Super quibus omnibus et singulis premissis dictus dominus Hinricus decanus notarium publicum infra scriptum — requisit —. Acta fuerunt hec Stendal in curia testatoris in stuba hiemali presentibus ibidem dominis Nicolao Houel, Matthia Hasselmann, Johanne Osterburg Sancti Nicolai, Arnolde Wistede, Sancti Petri, Hinrico Roxen Sancte Katerine Stendaliensum ecclesiarum vicariis, Bechmanns Schulten vicecapellano in Osterburg et Augustino Heinrich testibus ad premissa uocatis et requisitis.

Et ego Ludolphus Nagel Halberstadenfis diocesis clericus publicus etc.

Nach dem Original im Besitz der Besitztichen Familie, jetzt in Verwahrung des Herrn Apotheker Mandenberg zu Seehausen in der Altmark.

(Weggelassen sind nur gegen Ende die gewöhnlichen notariellen Formeln.)

Das in diesem Testamente gegründete Stipendium besteht noch. Die dabei erwähnten Functionen des Dechanten hat jetzt der Superintendent zu Stendal.

Mittheilung des Herrn Gymnasial-Lehrer Göge in Stendal.

#### CDIV. Bischöfliche Bestätigung für eine Altarstiftung zu Gardelegen, vom 9. October 1508.

Ex parte dilectorum nobis in christo Johannis falcken, Canonici, Bernnhardi Oltzen, vicarii ecclesie sancti nicolai Stendaliensis, et Nicolai Falcken, incole ac opidani Gardelege, halberstadenfis nostre diocesis, nobis est euidenter propositum, qualiter ipsi deuocionis zelo permoti ex suis inuicem contributis et iuste conquistis bonis et facultatibus quoddam beneficium ecclesiasticum sine cura in capella sancti spiritus Gardelegenfi in honorem beatissime et intemerate virginis Marie atque sanctorum virginum Katherine et Appollonie ac beatorum apostolorum Simonis et iude, patronorum ad tres missas ebdomadales perpetuas in laudem omnipotentis suarumque ac omnium christi fidelium salutem animarum fundare et instaurare decreuerunt, id ipsum nonnullis infra designatis redditibus et emolumentis annuis dotando et ad predictum beneficium assignando et in perpetuum appropriando, videlicet triginta modios siliginis per nicolaum falcken in villa vthmode pro quinquaginta florenis renensibus summe capitalis comparatos, vnum eorum cum dimidio siliginis ex molendino Bernhardi Oltzen prope Gardelegen sito, quod vulgariter dye Saffendorfsche mull nuncupatur, Sedecim modios cum dimidio siliginis et ordeï per dominum Johannem falcke predictum in villa grossaw pro viginti florenis renensibus summe capitalis emptos, Septem modios siliginis in villa lintstete ac vnum eorum siliginis et viginti solidos in villa Schume, necnon vndecim solidos in prefato opido Gardelege per Nicolaum lireman pro

quadraginta sex florenis renensibus comparatos, vnum florenum renensem ex orto pauli bornemans pro viginti florenis renensibus per Nicolaum falcken emptum atque vnum florenum cum medio de quodam prato Bernhardi Olczen prope gardelege, Ad idem beneficium de consensu et voluntate dominorum feudi perpetuo appropriatos, assignatos et applicatos, ut in litteris et scripturis eorundem fundatorum et dominorum feudi desuper confectis hec omnia lucidius apparent, volentes et ordinantes, ut eiusdem beneficii pro tempore possessor ad tres missas ebdomadatum in capella supradicta diebus, quibus sua deuocio id exposcere videbitur, primam videlicet de beata virgine, Secundam pro defunctis et terciam de passione domini celebrandas ac semel in septimana vigiliis mortuorum legendas, Nec ad alia onera obligatus existat; primo tamen possessore dempto, qui solum ad duas missas debet esse attrictus; Jus vero patronatus siue presentandi prefatis fundatoribus et cuidam Nicolao, filio dicti Nicolai vnus de fundatoribus, quoad vixerint et post ipsorum obitum eorum agnatibus de linea masculina descendentibus referuantes Ita tamen, quod senior de familia seu parentela Nicolai falcken prima vice, quando dictum beneficium vacauerit, personam ydoneam et abilem de parentela dictorum Nicolai Falcken aut predicti Bernhardi Olczen, Et quando iterum vacauerit, senior de agnacione et parentela Bernhardi Olczen Iterum abilem et personam de predictis parentelis Nicolai Falcken aut Bernhardi Olczen ad dictum beneficium alternatis vicibus presentare habebit; familia vero dictorum Nicolai Falcken et Bernhardi Olczen extinctis, Idem Jus patronatus et presentandi ad proconsules et consules predicti oppidi gardelege extunc deuolui et apud eosdem perpetuo permanere debeat. Quibus ita expositis fuimus pro parte dilectorum fundatorum humiliter requisiti, quatenus instauracionem, ordinacionem et fundacionem huiusmodi auctoritate nostra ordinaria recipere, admittere et approbare dignaremur. Quocirca petitionibus eorundem tamquam iustis et rationi non aduersantibus annuentes, fundacionem huiusmodi admisimus, auctorifauimus et confirmauimus, Quamque presentibus dei nomine admittimus, ratificamus et confirmamus, Censurque et bona supradicta in ecclesiasticam libertatem recipientes ac ut perpetuo ecclesiastica censeantur statuantes, necnon quorumcunque ipsius beneficii possessorum dempto primo eo tamen obligato modo restricto quo supra manente conscientias de et super antedictarum trium ebdomadaliu obseruacione missarum onerantes Inhibentes districtius omnibus et singulis vtriusque sexus hominibus, ne sub anathematis pena de alia quacunque dispositione huius beneficii et confirmacione se quouis modo in preiudicium saltem eorundem intromittant, quemadmodum vlcionem districti Iudicis voluerint euitare. In quorum fidem ac robor has nostras confirmacionis litteras sigillo nostro subappendente fecimus communire. Datum pallis in noua arce S. Mauricii, die lune, Nona octobris, Anno domini MCCCC Octauo.

Aus dem Litterarium Ernst Aden's zu Halle (Cop. 115 f. 320—321) im Königl. Prov.-Arch. zu Magdeburg.

CDV. Kurfürst Joachim nimmt Sebolt Sussel zum Capitain für die Mannschafft der sieben Altmärkischen Städte auf, im Jahre 1509.

Von gotts gnaden Wir Joachim etc. Bekennen etc., das wir Sebolt Sussel zu vnserm Diener vnd Capitane, In vnser Stadt Stendall zu wonen, vnser burger vnd einwoner der syben